



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lucae Pinelli Societatis Jesu Theologi, De  
Perfectione Religiosa, Et Obligatione, Qvam Qvisque  
Religiosus ad eam consequendam habet. Libri Quatvor**

**Pinelli, Luca**

**Mogvntiae, 1604**

Præfatio. Ad Religiosos, Et Dei Servos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46699](#)

## 8 P R A E F A T I O .

AD RELIGIOSOS, ET DEI  
SERVOS.

**I**NSTITUTVM meum est , religiose  
Lector. stylo simplici & perspicuo libellum  
conscrivere , non absimilem illi , qui D E  
IMITATIONE Christi , auctore Gerso-  
ne , vel Thoma de Kempis inscribitur , sed reli-  
giozorum professions in primis accommodatū.  
In quo nimirum à C H R I S T O Domino sa-  
lutaria quedam monita & documenta cuiq;  
religiose prescrabantur , & suos defectus lapsus-  
què facile agnoscendi , & eam vita spiritualis  
perfectionem consequendi , ad quam omnes ra-  
tione vocationis sua contendere tenentur. Hoc  
quisque opella est , uti Deo inspirante confici ,  
ita Dc seruis , quò ad eius lectionem proclivius  
incitarentur , dedicare volui . Etsi enim non  
diffitear huius generis opusculorum non exi-  
guam extare copiam , hoc tamen confido tibi  
non fore vel inutile , vel iniucundum . Quem-  
admodum non unum est omnium palatum ,  
ita conuenit eandem rem alijs atq; alijs modis  
tractari , ut quisq; id tandem legat , quod pro-  
prio gustui magis arriserit . Vtinam D E V S  
O. M. pro immensa sua bonitate tantum gra-  
tie sua nobis impertinet , que tum ex hoc , tum ex  
alijs spiritualibus libellis eum hauriamus fru-  
ctum , qui in hac vita nos ab omni culpa , in al-  
tera vero ab omni pena prestat immunes .